



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

An Maria itura fuisset Bethlehemum si edictum non fuisset?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

Augustus cognito Vari casu reſte ſubito diſciſſa magno in amore fuit, partem quod ei Galli magnum timorem inſerent, quos verebatur non ſolum in Italiam, ſed etiam Romam propeſſe venturos. Neg enim vllam urbem munitam reliquerat, & ſocij omnes qui opem ei ferre potuiſſent, magni erant incommodi effecti, tamen vt tum potuit, ex rebus preſentibus parauit omnia. Sed poſtquam nemo eorum qui per aratam bellum gerere poterant, conſcribi voluit, iuſſit eos ſortiri, ac quintum quemq; ex iis qui nondum quinq; & triginta annos attriſſent, ex iis autem qui eſſent natu grandiores decimumq; ſorte priuauit facultatibus, & notaui ignominia, & poſtremo quod apud multos nondum erat in honore, nonnullos interfici iuſſit. Tunc coacto veteranorum, libertinorumq; quam maximo potuit numero, eos cum Tiberio contendere in Germaniam celeriter iubet.

Et paulo poſt. Augustus ruſum quinto decennio ſuſcepit curam & adminiſtrationem reipublice, L. Munatio, & C. Siliio Coſ. Hic propter ſenectutem perraro veniebat in ſenatum, petijt viginti conſiliarios annuos, nam antea quindecim tantum adhibebat in ſex meſes. Nemo qui vel Romanam hſtoriam a limine ſalutarit, Auguſto ſeni vel maiſtatem, vel auctoritatem deceſſiſſe exiſtimabit. Quid ille animus verè Auguſtus, qui iam moriturus luſtrum condit, cenſum etiam mortuus agit?

§. II. Quinta. Lucas vocat *ἡγεμονίας* Tiberii, non autem *δεκάτην αὐτοκρατορίας*, ergo annus decimus quintus non eſt numerandus ab exitu Auguſti, ſed Tribunicia poteſtate.

Reſpondeo. Si à Tribunicia poteſtate, iam facile viceſimus annus diceretur, nam iam olim antequam ſecederet, Tribunicia poteſtate pollebat, vt ex ioculari eius factò conſtat, cum ſophiſtam ſubito aduentu terret.

Deinde reſtituta ei Tribunicia poteſtas eſt, antequam in Illyricum tenderet, ſed reſtrictè in quinquennium, non igitur ab ea poteſtate primum accepta imperator aut Cæſar dicendus eſt.

Quod ad dictionem *ἡγεμονίας* attinet, recte vertit eam Syrus *מלכות* regnum, & noſter Imperium. Imperiæ turæ oppoſito, non aliquem de vetuſtis, ſed tuorum primipilum Bezam. Apparet Lucam minime ſuiſſe ſollicitum de Tiberij imperio à Pilati procuratoris iſtus munere diſtinguendo. Pro imperio *ἡγεμονίας*, *δεκάτην αὐτοκρατορίας*, *ἀντιβασιλείαν* uſurpant. Sic apud Herodotum *ἡγεμονίας* *παύσι* & *σπαρταίματι*. In facultatibus quoque *τὸ ἡγεμονίας* dicitur quod omnibus imperat, & Appiano Roma *ἡγεμονίας* ciuitas imperatrix: atque hæ ſunt rationes, quibus rogo & lanienæ addicimur; Auguſtus ſenex non egit cenſum, Cyrius anno quo conſul Romæ fuit, Præſes fuit Syriæ, Tiberius Auguſto imperante, potius Cæſar fuit, quam Auguſtus, *ἡγεμονίας* non ſignificat imperium, noua ergo Chronologia cudenda, anno 1711. mundus interibit, & quia hæc ita habent.

Papa etiam eſt Antichriſtus.

VERSVS 3.

Et ibant omnes vt profiterentur, ſinguli in ſuam ciuitatem.

QUESTIO I.

In quam ciuitatem ibant?

Propria ciuitas in qua familia.

§. I. Evangelista vno verbo ſignificat, ſuam. Ciuitas autem alicuius dici poteſt in qua natus eſt quiſpiam, vel educatus, vel multo tempore verſatus, vel in qua eſt familia, vel in qua nati parentes, vel in qua domum aliquis, & poſſeſſiones habet. Hoc loco indicatur Iudæos fuiſſe in illam urbem, in qua familia eorum, ſeu proſapia erat. Iosephus enim & Maria i-

bant Bethleem, quia erant de domo & familia David. Eandem aliorum rationem fuiſſe exemplo horum inter Iudæos erat ex omnibus tribubus qui tempore Ezechia, & aliorum Regum deſertis vrbibus tribu Iudæ ſe coniunxerunt, quos ſuis locis oportuit cenſeſſe, inter quas tot incerto patre geniti, tot liberti, *liberati* tuerint. Nec vllò documento venire nullo modo poſſunt eodem modo actum.

§. 2. In deſcriptione ſingularum gentium conſuetudines ſeruatas eſſe nihil ambigo. Iudæorum deſcriptiones per familias fieri conſueuerunt, adeo vt nullam aliter inſtitutam conſtet. Vide Ioseph. lib. 14. Reg. 10. 19. 20. 21. & 2. Reg. 24. 2. Auguſtus autem ſeruantiſſimus erat moris veteris, & quæ mutabat, paulatim & ſine ſenſu mutabat. Aſſueto igitur modo *ἡγεμονίας* facile Iudæi deſcribebantur, minorque erat indiſtinctio, dum generis & nobilitatis publicum teſtimonium habere ſe viderent. Hoc de illis qui in Iudæa debebant intelligi, non de aliis, qui Alexandria, Romæ, aliisque locis inter gentes miſti erant. Neque fieri ſine ingenti incommodo potuit, vt tot millia ex vniuerſo Imperio in Iudæam commigrarent.

VERSVS 4. & 5.

Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudæam ciuitatem David, quæ vocatur Bethleem: eo quod eſſet de domo & familia David. Vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi uxore pregnante.

QUESTIO I.

Quomodo peruenit Bethlehemum?

§. 1. VUlgo aſino vectam tradunt, Maldonatus partu non moleſtatam exiſtimat, & paupertati repugnare, aſinum poſſe diſſe; cum agnum emere non potuerint. Vix tamen perſuadere mihi poſſum, tantam fuiſſe paupertatem, vt absolute agnum emere non potuerint, ſed quod diſſiciliter eam pecuniam conſicerent: mentem autem legis fuiſſe reor, vt pauperes columbarum pullos aut turture, diuites agnum offerrent. Nec modo vilioſorem victimam de diſſe puto eos, qui tantum non haberent, vt agnum emere poſſent, ſed qui pauperes eſſent. Neque enim aſinum aut bouem, aut lupellæ cilen, inſtrumenta artis, Deus vendi voluit, vt agnus emeretur, ſed tenues noluit grauari.

§. 2. Ascendit quia alior Bethleem. Epiphanius Hæreſi 51. tempore Machab. cum Iudæa bellis inſeſtaretur migraſſe maiores putat Nazarethum, verum in re incerta nihil velim certi ſtatuerè.

QUESTIO II.

An Maria itura fuiſſet Bethleemum, ſi editum non fuiſſet?

§. 1. Caluinus ait, nihil aliud habuiſſe propoſitum, quam editum parere, fuiſſe eorum inſtar Dei manu ductos, additque, niſi vi compulſa fuiſſet Maria, *Matris* mi parere ſtatuerat, itemque Illyricus. Temerarium igitur plane iudicium: quis enim Caluino reuelauit, *Matris* nam ignorat ſcripturam, quæ locum natalibus Me-

de designavit: omnibus horum erat, Berhlemi nasciturum. Quamquam ergo tyrannico imperio non ex-
traheretur, sponte tamen & angelorum monitu eo
profecta fuit. Nunc magnæ consolationi esse no-
bis debet. Deum impiorum tyrannide ad benevolentiam
suae effectus vt folere.

§. 2. Beza sine ratione putat fieri potuisse vt in ipsa
professione eam grauidam deprehenderit, quod non
modo sine scriptura affirmat, sed etiam sine verisimi-
litudine: fieri enim non poterat, vt partus vsque ad finem
noni mensis celaretur. Vxorem vocat Syrus
מֵיִרָה *mechiretha*, quod etiam de sponsa dici po-
tuit. Et Græcus sic intelligendus est, desponsam enim
vocat, non quod non vera vxor, sed quod despon-
satione & vinculo, non vsu, quodque grauida sponsæ
paritatem retineret.

Cum dicat autem eum professum cum Maria, ap-
paret etiam censas esse feminas in Syria obtinuit vt
non nisi puberes censerentur, verū id postea factum.
Duro imperio apparere eodem tempore aduocatos
multos, maxime Dauidicæ stirpis, de quibus suspicio
regni affectari esse possit.

VERSVS 6. & 7.

*Factum est autem cum essent ibi, im-
pleti sunt dies vt pareret. Et pe-
perit filium suum primogenitum,
& pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio: quia non e-
rat eis locus in diuersorio.*

QUESTIO I.

Quid factum puero nato?

Enterit pannis inuoluit, fasciavit, itaq;
Nec solito more puerperarum infirmata est,
nec obfetricis obsequio vsa, vt Greg. Nazianzenus
obseruauit, hinc concludere licet etiam salua virgini-
tate peperisse, vt Cyprian. de natiuitate Christi. *Pan-
nibus pro purpura, pro bysso in ornatu Regio lacina conge-
nerat, generix est, & obfetricis, & deuotam dilectæ soboli
cubet clientelam, &c.* Eadem Hier. contra Helui-
dium. Nyls oratione i. de resurrectione.

§. 2. Nec modo sine dolore maris, sed etiam sine
ceteris naturæ contumeliis natus est Dominus. De
dolore Greg. Nylsen. orat. de resurrectione. Nazian-
zenus in tragœdia. Augustin. serm. 14. de natiuit. serm.
1. de assumpt. Damasc. lib. 4. de fid. c. 15. Fulgent. de
laudibus B. Virginis.

De secundinis & sanguine etiam sentiunt abfuisse,
quod vel sine his conceptus fuerit, vel quod diuina
virtute nato Domino in aliud conuersæ fuerint. Quid
etiam in his autor naturæ fabricarit, ignotum est. De
secundinis Concilium in Trullo c. 79. *Absque vllis se-
cundinis ex virgine partum esse constantes, vt qui sine semine
constantur sit, idque toti gregi annunciantes eos qui propter
ignorantiam aliquid faciunt, quod non decet correctioni subit-
comus. Et infra subdit, non licere ex communi vobis, & in qua
in nobis sunt, inenarrabilem virginis partum, qua supra men-
tem & sermonem, verbum peperit, desinere, metiri, ac descri-
bere.* Item Concilium Florentinum. De ceteris sordi-
bus, syn. 6. act. 32. Epiphani. lib. 3. contra hæreses circa
finem, Cyprianus de natiuitate Christi, Aug. lib. 29.
contra Paulinum c. 4. & 5. & lib. de quinque hæresibus
c. 19. *Stulte vnde sordes in virginem matrem vbi non est concubitus
inter hominem patrem: Hieronymus c. 4. contra Heluidium:
Nulla vbi obfetricis: nulla mulierularum sedulitas intercepit:
ipsa pannis inuoluit infantem: ipsa & mater & obfetricis fuit:*
Adami Conzen in Euang. Tom. II.

& collocauit eum, inquit, in præsepio, quia non erat ei locus in
diuersorio. Quæ sententia & apocryphorum deliramenta con-
uincit, dum Maria ipsa pannis inuoluit infantem; & Helui-
dij expleri non patitur voluptatem, dum in diuersorio non fuit
locus nuptiarum.

Nec aliud hic occurrit, nisi vt moneam conciona-
tores, vt ab his rebus tractandis ex Aristotele, & Ga-
leno abstineant. Plus periculosa curiositatis habet,
quam vtilitatis.

§. 3. Tertullianus, alique tota historica ad verita-
tem carnis Christi probandam vtuntur. Gestatio e-
nim in vtero, natiuitas, itus, reditus, ostendunt fal-
sam esse vbiuitatem, si enim vbi que est Christi cor-
pus & anima, non includitur vtero, non templo, non
præsepio, sed extra omnia & in omnibus rebus præ-
sens existit, ideo enim Deo, qua Deus est, ista natiui-
tas non est communis, quia ille vbi que est.

*Vbiuitas
refellit na-
tiuitas.*

§. 4. Athanasius de assumptione hominis contra Ma-
nichæos probat phantasma non fuisse. *Respondere mi-
hi, Manichæi, filij tenebrarum, in quos tot genera serpentium
lubricos habent anfractus, filium Dei, id est, Deum verum &*

*Verus homo
est.*

*hominem, verum de Maria virgine, pro nostra salute non con-
stemini, vt scriptum est; Ecce virgo in vtero concipiet & pa-
riet filium, & vocabis nomen eius Emanuel, quod interpreta-
tur Nobiscum Deus. Si phantasma tibi videtur angelum Ga-
brielem Maria testificari dicentem: Ne timeas Maria. inueni-
st enim gratiam ante Deum. Ecce accipies in vtero, & paries
filium, & vocabis nomen eius Iesum: vel Euangelsia ad hoc re-
stante: Et peperit filium primogenitum, & pannis eum in-
uoluit, & posuit in præsepio. Nunquid phantasma fuit, quod*

*Humanitas
Christi pro-
batur.*

*adorauerunt Magi venientes ab Oriente? nunquid phantasma
secundum legem octaua die manibus palpatur vel circumcidi-
tur? nunquid pro phantasia infantes occisi sunt? nunquid
phantasia Ioannes manibus atrectans baptizauit? Nunquid
phantasia erat super quem vidit Ioannes Spiritum S. in specie
columbe venientem, & manentem super eo? Nunquid phan-
tasia pedes discipulorum manibus lauit? Nunquid phanta-
sma vere manducauit & bibit? Nunquid phantasia lutum de
spu fecit & liniuit oculos cæci, & vidit? Nunquid phanta-
sia Lazarum sextentem quarto die suscitauit? Nunquid phan-
tasia vnicum matris viuificauit? Nunquid phantasia in cruce
pendit, cum tremefactus cardinibus mundi videns centurio
confessionem dedit, dicens, vere filius Dei est hic? Nunquid
phantasiam in fudo inuoluit Ioseph, & posuit in monimen-
to? Nunquid phantasma à mortuis post tres dies resurrexit, &
in caelis ascendit, & sedit ad dexteram patris? Absit Mani-
chæe in quo diabolus vniuersa phantasmata erroris est opera-
tus: præsertim cum hæc cuncta superius memorata Deus verus
in homine vero sit operatus. Ideoque cognosce in hoc loco, &
tu Arriane, quem diabolus in agro inter bonum triticum ausus
est ad eradicandum semen suum zizania serere. Memento
quemadmodum acceperis, & quomodo audieris, serua & age
penitentiam. Sin vero, veniam ad te vt fur, & nescis qua
hora veniam ad te. Audis heretice, qui nomen tantum Chri-
stiani habes, & ore diaboli loqueris, qui ignoras causa dispen-
sationis hominis dictum fuisse: qui me misit, maior me est.
Hæret. Dic orthodoxe, si pro dispensatione hominis, vt asseris
positum est: Qui me misit maior me est: ergo quo tempore
missus à patre est? Forte dicetur es, absens ab illo. Tunc non
fuisse recognoscitur. Ath. O satis confusa conscientia cecitas,
que protus serpentis veneno est infecta. Vtique si absens à pa-
tre fuit, quomodo indussa natura est, & si diuisus est, quo-
modo vnus in vno est? Et si absens fuit, cum in homine fuit
& est, cur à Piscatore Ioanne nobis in sinu patris agens vnus
semper annuntiatus est, dicens: Deum nemo vidit vnquam,
nisi vngentis, qui est in sinu patris, ipse enarrauit? De-
nique ad hæc ipsum audi loquentem: verba que locutus sum
non sunt mea, sed eius qui me misit. Sed & hæc: opera qua
ego factio non sunt mea, sed eius qui me misit patris, ipse ope-
ratur sua. Et, si mihi non credidit, operibus credite, quia ego
in patre & pater in me est.*